



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De mutabilibus, & inconstanti animo præditis. cap. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)



D. IOANNIS DAMAS-
SCENI PARALLELORVM
LIBER SECVNDVS.

DE MVTABILIBVS, ET INCONSTANTI
animo præditis. CAP. I.

Ose. 7.
Eccli. 2.

1.
27. 3.
29.

Zach. 8.

Iac. 1.

Gal. 5.

Basil.

Epist. ad

Patroph.

Simile.

Nathan.

Orat. a. de

Pace.

Philo.

Euagrius



EGYPTVM inuocabât. & ad Assyrios abierunt.
Væ duplici corde, & peccatori terram ingre-
dienti duabus viis. Ne accesseris ad eum duplici
corde. Stultus vt luna mutatur. Cor ingre-
diens duas vias, non habebit successus. Vita ma-
la de domo in domum: & non habitabit, nec ape-
riet os.
Neque exeunti neque introëunti erat pax à tri-
bulatione.
Vir duplici animo inconstans est in omnibus
viis suis.

Currebatis bene: quis vos fascinauit, vt non obediretis veritati?

Quorum mens ad mutationem propensa est, non est dissentaneum, quin eorum quoque
vita non sit ordinata.

Homines nubibus similes sunt, quæ prout immutantur venti, nunc ad hanc, nunc ad
illam aëris regionem feruntur.

Leues & stolidos eos esse censemus, qui facile in vtramque partem feruntur, ac dila-
buntur, non secus ac venti inconstantes, aut Euripi mutationes & reciprocationes, aut in-
stabilis maris fluctus.

Stultus nulla in re consistere solet: pendulæque est ipsius omnis vita, nec firmo vlllo gra-
du defixa.

Planta, quæ assidue transfertur fructum nunquam edet.

De gloria & honore: & quod gloriam alteri præbere non oporteat.

CAP. II.

Barn. 4.

Esa. 42.

Eccli. 33.



NE des alteri gloriam tuam: & quæ tibi conducunt, genti alienæ.

Gloriam meam alteri non dabo.

Quandiu viuis & spiras, ne mutes teipsum in omni carne. Melius
enim est vt filij tui orent te, quàm vt ipse respicias in manus filiorum
tuorum: & in tempore mortis distribue hæreditatem tuam.

Filio & vxori & amico & fratri ne des potestatem aduersum te in vita tua.
Ne des alteri gloriam tuam: ne te postea poeniteat, atque eos rogare neesse habeas.

De diabolo, siue Satana & demonibus.

CAP. III.

Quando